

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 228. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415583619696/facsimile.pdf> (tilgået 27. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

*Ep. ad Philemonem*

[105 b] Ep. ad Philemonem

<sup>9</sup>tamen propter charitatem potius rogo, cum talis sim, nempe Paulus senex, nunc autem etiam vincus Iesu Christi.

Hec Pauli modestia qua rogat Philemonem (cum precipere potuisset) palam arguit supercilium quorundam episcoporum ac prelatorum, qui terrificis ac minacibus verbis semper precipiunt et mandant, nunquam vero rogant et obsecrant. 5

[106 a] Ep. ad Hebreos

10

I.<sup>1</sup> Deus olim multifariam multisque modis locutus patribus per prophetas, extremis diebus hisce locutus est nobis per filium,

Si patres olim (qui erant viri eximia pietate clari) obedierunt voci prophetarum et angelorum, multo magis congruit, vt nos nostris temporibus voci loquentis filij dei eterni obediamus. 15

[107 a] II.<sup>2</sup> Etenim si is qui per angelos dictus fuerat sermo, fuit firmus, et omnis transgressio et inobedientia iustam premij reparationem accepit,<sup>3</sup> quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?

Nam si non impune neglecte et contempte sunt voces prophetarum et angelorum, longe minus impune negligentur voces loquentis Christi filij dei, non tam per se quam per suos apostolos, reuelate veritatis probatissimos testes. 20

[108 a] II.<sup>17</sup> Unde debuit per omnia fratribus similis reddi, vt misericors esset et fidelis pontifex, in his, que apud deum forent agenda, ad expiandum peccata populi.

Filius dei homo factus, sic mortalitatem induit, vt humane nature similis tantum fieret in his que habent rationem miserie, non autem rationem culpe, Vnde miser factus, peccator tamen non est factus 25

III.<sup>5</sup> Et Moses quidem fidelis fuit in tota domo illius, veluti minister . . . .<sup>6</sup> At Christus tanquam filius administravit domum ipsius.

Si Mosi tanquam ministro et fidei dispensatori obtemperatum est, multo magis obtemperabitur Christo iam non ministro tantum sed vero dei filio. 35